

sauorem, & defendant Religiosos, & non pertinaciter in aliquo molestatari. sed pacifice fruuntur & gaudeant priuilegiis indulcis immunitatibus exemptionibus &c. sibi concessis. Et contradicentes per censuras, compellant: & si necessariū est, inuocent brachii seculare.

¶ **Sexto** derogat Clementine Religiosi, de Priuilegiis, & Dadum. de Sepulturis, & Concilio Lateranensi, sub Leone. 10. sic ut his non obstantibus videantur concepta priuilegia Religiosis, que data sunt contra illud ius commune. Ut quod possint Baptizare ubi sunt nouiter conuersi: & nubentes benedicere, & Extremamunctionem ministrare. & alia que solet Curatus, etiam si in Clementina Religiosi, sic illis prohibitum, & interdicatum.

¶ **Tandem**, Omnem derogationem, restrictionē, aut annullationem factam per aliquem predecessorē Pontificē tollit, etiam per Leonem. 10. in Concilio Lateranensi, cui specialiter derogat. Et sic omnia & singula priuilegia hactenus concessa reponit, & in pristinam dignitatem, & firmitatem restituit. Et ea ratione dicit, se ea non solum confirmare, & innouare, sed de novo concedere.

Ecce